



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Capvt XVIII. Considerata Divitiarvm Inanitas Ecclesiasticum liberalem
reddit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

CAPVT XVII.

THESAURVS ECCLESIAE INCALAM-
tosos dispertiendus.

ET illud ponderandum, cur tantæ opes Ecclesiæ
cis donatæ sint. *S. Ambros. lib. 2. offic. cap. 28. & habetur
12. q. 2. cap. 69. Aurum habet. Multo commodius animas Domi-
no, quam aurum seruari ait. Qui n. sine auro misit Apostolus
Ecclesias sine auro congregauit. Aurum Ecclesia habet non
seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatib. Quid opor-
tiodire quod nihil adiuuat? An ignoramus, quantum aurum
argenti de templo Domini Assyrii sustulerint. Dan. 5. v. 2. Nemo
melius constat sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia
subsidia desint, quam sacrilegia contaminata asportet hostia.
Adeo liberales in egenorum subsidia debere esse Cle-
ricos iudicat, & sapientissimè iudicat S. Ambr. vt cum
eo sua bona contulerint, nec alia suppetant auxilia, nec sacra
vasis parcatur.*

Quo mihi
diuitia. si nō
conceditur
vsus?
Quod nō ca-
pit Christus,
rapit fiscus.

*S. Erante B. Ambros. D. Cyprian. de opere & elemo-
sina: Patrimonium Deo creditum, nec Respub. eripit, nec spoli-
uadit, nec calumnia aliqua forensis euertit: in tuto hauri
ponitur, qua Deo custode seruatur.*

CAPVT XVIII.

CONSIDERATA DIVITIARVM INANITAS
Ecclesiasticum liberalem reddit.

ILLUD etiam vt liberales sint, ruminent, & perpe-
dant. i. quid sint diuitiæ in se, quam viles, quam in-
guæ, quam incertæ & instabiles. *S. Chrysost. homilia 2. de
verbis Isaie. Vidi Dominum cap. 6. Metalla, inquit, sunt terra
& aurum nihil aliud est quam terra.*

*S. Dulcius ista S. Bern. serm. 4. de Aduentu Domini. Fugit de-
460*

dam. ait. *gēnis avarum & ambitiosum audite. Quid vobis cum terrenis diuitiis & gloria temporali? quae nec vera, nec vestrae sunt. Aurum & argentum nonne est terra rubra & alba, quam solus hominum error facit [aut magis reputat] pretiosam? Denique si vestrae sunt haec, tollite ea vobiscum. Sed homo cum interierit, non sumet omnia, nec descendet cum eo gloria eius. Psal. 48. vers. 18. Vera ergo diuitia non opes sunt, sed virtutes, quas secum conscientia portat, vt in perpetuum diues fiat. Quid sunt vniones, quam concharum excrementa? quid gemma nisi lapides? quid serica vestes, nisi viscera turpium vermiculorum? quid panni lanei nisi ouium vellera? quid pelliceae vestes nisi bestiarum pelles, quid magnifica edes aliud sunt, quam lapidum congeries certo ordine coagmentata? Vsq̄ue quō igitur homo aggrauat contra se densum lutum? Habacuc. 2. v. 6.*

*Non natura,
sed opinione
astimantur
rerū pretia.
Quae vera
opes.*

CAPVT XIX.

DIVIŦIAE, LVXVS, AEGRITVDINIS ET
damnationis occasio.

CVm animo suo considerent ad quid valeant diuitiae, nimirum ad fastum, ad sensuum oblectationes, & ad omnem mali licentiam. Diues ille *Luc. 16. versic. 19. induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide, sed in inferno sepultus, dirissimisque illius flammis cruciatus, nec vnquam aquae guttam pro sua refrigeratione impetrabit, quanto fatius illas diuitias ad Lazari inopiam subleuandam contulisset? tunc misericors misericordiam consecutus fuisset. Matth. 5. v. 7. nunc iudicium sine misericordia illi, quia non fecit misericordiam. Iac. 2. v. 13. Propter eam moneri vult diuites Apostolus, 1. Timot. 6. v. 17. vt sublime non sapiant, nec sperent in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo. Nam aliter facientibus, & ad corporis oblectamenta facultates suas vsurpantibus gehennae supplicium comminatur Deus. Hamos 6. v. 4. Vae*

Nū

qui